

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI VIII.

I De eo quod rex aurilianis uenit.
II Qualiter ei epi praesentati sunt. & qualiter ipse conuiuiu p parauit.
III De cantorib; & argento mu moli.
IIII Laus hildeberthi regis.
V De uisionibus quas rex uel nos de hilperico uidimus.
VI De his quos praesentauimus.
VII De palladio episcopo qualiter missas dixit.
VIII De signis ostensis. Trici dato.
VIIII De sacramento profilio hilpe.
X De corporibus merouechi & lodouechi.
XI De theudoro epo & plaga super ratharium
XII De legatione gunt hrani ad hildeberthu directa.
XIII De ermingeldo & ingunde uel de legatis hispanorum clamand fredegundem missis.
XIIII Quod fredegundis misit qui hildeberthu interficeret. Habuit
XV Quod exercitus insepti maniā
XVI De interfectione pretexati epi
XVII Quod hildeberthus filius natus e.
XVIII De interitu desiderii ducis.

INCIP LIBER VIII.

I GITUR GUNT HRAMNUS REX ANNO XXIIII regni sui de cauillo no progressus neuernensem urbem adgreditur. Inuitatus enim parisius ueniebat ut hilperici filium quem iam hlotharium uocitabant a sacro regenerationis fonte deberet excipere, Digressus uero a neuerno ad aurilianensem urbē uenit magnū se tunc ciuibus suis praebens nec p domus eorū inuitatus abibat multum ab his muneratus muneraq; ipsis profluā benignitate largitus est

Sed cum ad urbem aurilianensim uenissem erat ea die solemnitas beati martini id est quarto nonas mensis quinti processitq; in obuiam eius in mensa populi turbae cū signis atq; uix illis conuenientes laudes & hinc lingua sirorum hinc latinorum hinc & iam ipsorum iudaeorum in diuersis laudibus uariae concrepabat dicens uiuat rex regnūq; eius in populis annis innumeris dilatetur

Iudaei uero qui his laudibus uidebantur esse participes dicebant omnes gentes te adorent tibi genu flectant atq; tibi sint subditi. Unde factū est ut celebratis missis cū rex ad conuiuium rediret diceret, Uae genti iudaeae male & perfidae ac sub dolo semper sensu uiuenti ob hoc enim mihi inquit hodie

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubhd_cpl864/0191